

*2014 PRETIUM
PETRONIANUM*

2. Platz

Felix Hansen

Tutoren:

Peter Burggraaf, Alfons Dahm

Als Ergänzung zu Codex Theodosianus VIII 16,4 (Mommsen):

IMP. HONOR. THEOD. C. VAL. PRAEF. VRBI IN SVBSTITVTIONEM

Postquam, quomodo rei publicae incolumitati communique benignissimi et optimi populi saluti hostes essent cognoscendi et quibus rebus hi insignes, nominatim haruspices et mathematici et falsi sacerdotes, qui sua per facta et machinamenta ipsi in maleficiis agerent erga gratiam totam, quam bonus conferre possit nostrae civitatis civis, et quales essent insuper a religione recta hi distinguentes, demonstratum est, nunc per hanc legem sanciat, ut poenam non solum contra bona et magistratus eorum munera, sed etiam in valitudinem, corpus, quin caput hominum istorum nocentium oporteat statui.

Igitur minime sceleratissimus et minus sceleri deditus est reus tam acriter persecutoribus animadvertendus, ut tum dirissimus et improbissimus quisque, qui rei publicae nocendi facultate potitus maligno animo et ea usus, ut carmina, veneficia falsaque praecepta et doctrinas spargeret in vulgus insons, et qui per loquelas se a Deo abdicaret et negaret, metu poenae a fraude et facinore protinus retineatur.

Persecutoribus nos imponimus, ut sese solitis tormentis solvant, quae brevem efficiant dolorem, et eos sese conferre praestare arbitramur et respicere ad machinamenta, quae lentos tardosque faciant cruciatus et maculas et cruenta vulnera et obscenam vulnerationem relinquunt in corpore eorum facinoris signum. Utilis ei rei est et ignis et acris mordentisque liquoris et venenorum et tormentorum, quae ad partes molles corporis et faciles pertinent, poena. Quae poena persecutoribus, si in sacris ecclesiae demoliendis, si in sepulchris funestandis, vel si sacrilegio in agendo adprehensus est sceleratus homo, distendenda est arbitrato eorum. Et fas est eum non privatim cruciari, sed publice.

Et ut contingat, ut et omni in parte, etiamsi est extrema sive ultima, nostri imperii defendantur a hominibus istis nocentibus assidui cives et boni, iudicamus hanc legem mandatum iri non tantum Urbi, sed etiam omnibus provinciarum praetoribus.

Datum Idibus Martis Romae Theodosio III Imp. Caes.